



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldu[s]>**

**Lvgdvni, 1585**

Reverendissimi Ac Eximii Sacræ Theologiæ professoris Gvlielmi Peraldi  
Episcopi Lugdunensis, ex sacro Ordine Prædicatoru[m], Tomus Secundus  
qui Svmma Vitiorvm appellatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

# REVERENDISSIMI

AC EXIMII SACRÆ THEOLOGIÆ

professoris GVLIELMI PERALDI Epi-

scopi Lugdunensis, ex sacro Ordine

Prædicatorū, Tomus Secundus,

qui SUMMA VITIO-

RVM appellatur.

## TRACTATUS I. De vitiis in communi, PARS I.



**D**ICTURI de singulis Vitiis, cūm oportunitas se offert, incipiemus à vitio Gulæ: & quia locus se offert, & propter hoc quod dicit Glos. super Mat. 4. In pugna Christi prius cōtra gulā agitur, quia nisi hæc prius restānetur, frustra cōtra alia vitia laboratur. Et alia glos. dicit ibi, q̄ diabol⁹ victus de gula, nō tērat de libidine. Ante omnia tamē ostēdemus, doctrinā vitiōrū perutilem esse, per hoc q̄ vitia studio & summa diligentia sunt vitanda: vitari autem non possunt, nisi prius cognoscantur.

¶ Quod vitia summa diligentia sint vitanda, tribus rationibus ostenditur.

**T**REPLICI autē ratione potest ostēdi vitia summa diligentia esse vitanda: scilicet quia dæmonibus valde placent, Deo summè displicent, homini verò summè nocent. Quod valde placeant vitia dæmonibus, ostenditur ex auiditate tentandi. De qua dicit Greg. Assidua tentatione diabolus tentat, vt saltem tadio vincat. Tentatio verò diaboli ad hoc est immediata, vt in malum culpæ hominem impellat. Vnde Greg. de illo: Nihil se fecisse æstimat, quum animas non sauciat.

¶ Quod Deus summè odiat peccatum, triplici ratione ostenditur.

**Q**UOD autē Deus summè odiat peccatū, ostenditur triplici ratione. ¶ Primò, ex hoc, q̄ illud qđ maximè videtur odire, scilicet diabolū, nō odit nisi ratione peccati: & eū amaret, si peccatū nō esset, tanquā creaturā suam. Vnde Sap. 11. Nihil odisti eorū quæ fecisti. Quod intelligendū est, nisi ppter peccatū adinsectū, quod ipse nō fecit. Vnde quū illud ppter quod aliquid est ta